HIERONYMUS

Zwettl (Frankreich/Burgund), um 1200 Seite 33v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



pauli apli pma ad chorinthios epla. inqua
loquitur. Omne peccatum quod fecerit homo
extra corpus est. qui autem fornicatur in corpus
suum peccat. Legamus ergo paululum supius. et sic
ad hec uerba ueniamus, ne de extremis par-
tibus et ut ita dicam cauda capituli. totam sen
tentiam nosse cupiamus. Corpus inquit non est
fornicationi. sed domino. et dominus corpori. Deus autem
qui suscitauit dominum. et nos cum illo per uirtutem
suam suscitauit. Nescitis quoniam corpora uestra
membra sunt xpi. Tollens ergo membra xpi. et
faciam membra meretricis. Absit. An nes
citis. quia qui coniungit se meretrici. unum cum ea
corpus est. Erunt autem inquit duo in carne
una. Qui autem se iungit deo, unus spiritus est. Fugite
fornicationem. Omne peccatum quodcumque
fecerit homo extra corpus est. qui autem fornicatur
in corpus suum peccat. et reliqua. Sanctus apls dum
contra luxuriam disputat. dicens. esca uentri.
et uentri esce. Deus autem hec et illa destruet. con
sequenter uenit ad fornicationem. Et enim luxu
ria mater libidinis est. uentremque distentum
cibo. uiniq; potationibus irrigatum. uoluptas
genitalium sequitur. Atque ut alibi dictum est.
per membrorum ordine. ordo uiciorum est. Omne itaque
peccatum uerbi gratia. furtum. homicidium.
rapina. periurium. et cetera his similia. post
factum penitudinem habent. et licet inui-
tet lucrum. tamen mordet conscientia. uo
luptas atque libido quam in ipso tempore penitendi.
preteritos stimulos patitur. et titillationem carnis.
et incentiua peccati. ut per hec que corrigi cu
pimus. rursum cogitanti fit materia delin
quendi. Aliter. Cetera peccata forinsecus sunt.
quicquid enim egerimus in aliis agimus. et fornicatio
non solum conscientiam fornicantis. sed et corpus
maculat. ac secundum sententiam domini in qua ait.
propterea derelinquet homo patrem et matrem
et adherebit uxori sue. et erunt una caro. et
quam ipse cum meretrice unum corpus efficitur. et pec
cat in corpus suum. dum templum xpi. facit
corpus esse meretricis. Dicamus et aliter. ne illam
grecorum sententiam preterire uideamur. Aliud
est peccare per corpus. aliud in corpore. Furtum.
homicidium. et cetera absque fornicatione pec
cata per manus ministramus extrinsecus. fornicatio
sola in corpore nostro exercetur a nobis. non per corpus
in alios. sed per propositum ministerium. Habet
autem in se passionem. Sed qui ita edisserunt.
aiunt quod secundum sanctam scripturam uxor uiri cor
pus sit. et quicumque fuerit fornicatus. peccat
in corpus suum. hoc est in uxorem. dum
eam sui fornicatione commaculat. et facit
eam non peccantem sui commixtione peccare.
Reppi iunctam epistole commentariolo breuem
cartulam. in qua hec indicta ferebantur.
Querendum habeo. id est. a me. utrum mulier
relicto uiro adultero. et sodomita. et alio per
uim accepto. possit absque penitentia communi
care ecclie. uiuente adhuc eo quem prius reli
querat. Quod legens illius uersiculi recordatus
sum. ad excusandas excusationes in pecca
tis. Omnes enim homines uiciis nostris fauemus.
et quod propria facimus uoluntate ad nature re
ferimus necessitates. quomodo si dicat adolescens
uim patior corporis. me ardor ad libidinem
impellit. ipsa organa genitalia membrorum.
et compositio corporis. femineos querit am
plexus. Et rursum. Si homicida inquit
in egestate eram. indigebam cibo. tegimen
corporis non habebam. ideo alienum sanguinem
fudi. ne ipse fame et frigore morerer.